

# Edward Szafrowski

---

## Posoborowe prawodawstwo kościelne : 1. Motu proprio "Pro comperto sane" dotyczące udziału niektórych Biskupów Diecezjalnych w Kongregacjach Kurii Rzymskiej w charakterze członków

---

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 11/3-4, 251-254

---

1968

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

**POSOBOROWE  
PRAWODAWSTWO KOŚCIELNE***przetłumaczył i przygotował do druku  
Ks. Edward Sztafrowski*

Zgodnie z zapowiedzią otwieramy nowy dział Dokumentów, które odtąd będą się ukazywały na bieżąco. Znajdą w nim miejsce te posoborowe dokumenty kościelne, które zaczęły się ukazywać po czerwcu 1967 r. Dokumenty bowiem, jakie zostały promulgowane w okresie od początku 1963 roku do czerwca 1967 roku znajdują się w osobnym zbiorze, który się ukaże w najbliższym czasie. Zbiór posiada numerację marginesową oraz indeks rzeczowy, który ułatwia zorientowanie się w obszernej już dokumentacji posoborowej.

Według przyjętej w zbiorze zasady będziemy i tutaj zamieszczali zarówno dokumenty ściśle prawne, jak i dokumenty z zakresu prawodawstwa liturgicznego.

**MOTU PROPRIO „PRO COMPERTO SANE”**

**dotyczące udziału niektórych Biskupów Diecezjalnych w Kongregacjach  
Kurij Rzymskiej w charakterze członków**

**LITTERAE APOSTOLICE MOTU PROPRIO DATE  
nonnulli Episcopi dioecesiani uti Membra in Sacras Romanae Curiae  
Congregationes cooptantur**

AAS 59 (1967) 881—884

**PAULUS PP. VI**

PRO COMPERTO SANE est quid Concilium Oecumenicum Vaticanum II de Ecclesiae Dei natura etiam visibili docuerit, itemque plane constat quid idem Concilium senserit de necessitate accomodandi nostrae aetatis rationibus ea omnia subsidia atque instrumenta quibus Ecclesia utitur, ut efficaciore modo salutis opus sibi concreditum valeat inter homines exsequi.

Revera Ecclesia, cui invisibile eius Caput Christus Jesus iugem suam salutaremque assiduitatem praebere non cessat, talem externae suae compaginis amplitudinem assecuta est ut, quamvis non pau-

**PAP. PAWEŁ VI**

POWSZECHNIE ZNANA jest nauka Powszechnego Soboru Watykańskiego II o naturze Bożego Kościoła, również widzialnej, a także w pełni wiadomo, co tenże Sobór sądził o konieczności dostosowania do współczesnych warunków tych wszystkich pomocy i środków, którymi Kościół się posługuje, aby w sposób bardziej skuteczny mógł wykonywać wśród ludzi powierzono sobie dzieło zbawienia.

Kościół, któremu zawsze towarzyszy stała i zbawcza obecność jego niewidzialnej Głowy, Jezusa Chrystusa, osiągnął tak bardzo pełnię swojej zewnętrznej struktury, że

cae exiguae difficultates ei ubique fuerint supervadendae, universas terrarum orbis partes iam attigerit. Quare, si alias umquam, hodie potissimum negotia, quae ad Ecclesiam pertinent, universale momentum habere dicenda sunt, ad eaque rite expedienda opus est animi praeparatione, mentis habitu rerumque usu vere catholicis.

Iure igitur merito Concilium Oecumenicum, inter normas opportunae sancitas per Decretum *Christus Dominus*, votis expetivit ut in Membra Dicasteriorum Romanae Curiae cooptarentur etiam aliqui *Episcopi praesertim dioecesani, qui mentem, optata ac necessitates omnium Ecclesiarum Summo Pontifici plenius referre valerent.*<sup>1</sup>

Nos vere qui, ex providentis Dei consilio, licet impares, Pastoris universalis numere fungimur, ac probe conscii sumus gravitatis officii Nobis concrediti, nihil potius habemus quam ut Ecclesiae bonum animorumque salutem magis magisque promoveamus; cumque praeterea studio flagremus ad effectum deducendi normas a Concilio Oecumenico Vaticano II statutas, libenti sane animo operam damus, ut etiam iusta optata ac vota, quae Venerabiles Nostri in Episcopatu Fratres inter idem Concilium significaverunt, efficiantur.

Quamobrem, ut Nostra Romana Curia feliciter obire possit nova eaque gravia munera, quae ex normis votisque Concilii Oecumenici oriuntur, utque ipsi, auctis necessitatibus, praesto sit scientia atque prudentia Nostrorum in Episcopatu Fratrum, sedulo studio vias atque rationes consideravimus, quibus Dicasteria Ecclesiae Universalis regimini praeposita sapienti ipsorum consilio et opera plus plusque uti possent; prorsus enim persuasum habemus, si maioris momenti argumenta coniunctis sententiis, ordina-

dotari już do wszystkich prawie zakątków kuli ziemskiej, chociaż musiał pokonywać wszędzie liczne i nie małe przeszkody. Należy przede wszystkim stwierdzić, że dziś, bardziej niż kiedykolwiek problemy Kościoła nabierają uniwersalnego znaczenia i dla rozwiązania ich w sposób odpowiedni potrzeba, aby dyspozycja ducha, otwartość intelektualna i praktyczne doświadczenie były prawdziwie katolickie.

Słusznie więc Sobór Powszechny wśród licznych wydanych norm, wyraził w Dekrecie „*Christus Dominus*” życzenie, ażeby w poczet członków Dykasterji Kurii Rzymskiej, byli kooptowani „także niektórzy Biskupi, zwłaszcza diecezjalni, którzy by mogli obszerniej zdawać sprawę Papieżowi z nastawienia, pragnień i potrzeb wszystkich Kościołów”.<sup>1</sup>

My zaś, którzy z Bożej Opatrzności, chociaż słabi, sprawujemy urząd Powszechnego Pasterza i dobrze świadomi jesteśmy jak ważny został Nam powierzony urząd, niczego bardziej nie mamy na uwadze, jak coraz większy rozwój dobra Kościoła i zbawienia dusz. A ponieważ ponadto szczerze pragniemy wprowadzenia w życie norm wydanych przez Sobór Watykański II, dlatego chętnie pragniemy przyczynić się do tego, by również zostały zrealizowane życzenia i wnioski, wyrażone w czasie tegoż Soboru przez Czcigodnych Naszych Braci w Episkopacie.

Aby przeto Nasza Kuria Rzymska mogła szczęśliwie podjąć nowe i to poważne obowiązki, które wywodzą się z przepisów i wniosków Soboru Powszechnego, oraz, by jej — po zwiększeniu potrzeb — służyła pomocą wiedza i roztropność Naszych Braci w Episkopacie, pilnie rozważyliśmy drogi i sposoby, przy pomocy których Dykasterie przewidziane do rządzenia Kościołem po-

<sup>1</sup> Decr. *Christus Dominus*, n. 10, AAS 58 (1966) 667.

te diligenterque perpendantur, exinde universam vitam catholicam emolumentum reapse percepturam esse, idque prodesse posse non solum ad expedienda graviora Ecclesiae negotia, sed ad ipsas solvendas quaestiones, quae hodie homines sollicitos tenent.

Itaque, rebus omnibus mature perpensis, postquam sententiam rogavimus viros scientia auctoritateque praestantes ac supremum Dei lumen supplicibus precibus invocavimus, motu proprio haec quae sequuntur *statuimus ac decernimus*:

I. Sacris Romanis Congregationibus, praeter Patres Cardinales, assignantur etiam aliquot Episcopi dioecesani, qui earundem Congregationum pleno iure erunt Membra.

II. Hi Episcopi intersunt tamquam Membra coetibus plenariis, in quibus res maioris momenti et naturam principii generalis habentes sint pertractandae. Ceteri vero coetus ordinarii Sacrarum Congregationum procedere pergunt iuxta praxim, iisdemque intererunt Patres Cardinales iique Episcopi Membra, qui forte in Urbe adsint.

III. Ad praecavenda autem incommoda, quae Dioecesibus oriri possint ob crebram diuturnamque absentiam sacrorum Pastorum (quae de re in memoriam revocamus normas de Episcoporum residentia iure canonico statutas), decernimus ut coetus plenarii sacrarum Congregationum habeantur, nisi peculiaribus adiuncta aliter suadeant, semel in anno, tempore oportune statuendo ab iisdem Congregationibus.

IV. Nominatio Episcoporum Membrorum, quam Nobis reservamus, hoc modo fiat: Cardinales Praefecti singularum Congregationum opportunas instituant percontationes atque investigationes apud Conferentias Episcopales et, si casus ferat, etiam indicem quaerant Episcoporum candidatorum, qui in rebus de quibus agitur, peculiari peritia polleant; his peractis, eorum nomina

wszechnym mogłyby coraz bardziej korzystać z ich rozropnej rady i pomocy. W pełni jesteśmy przekonani, że jeżeli ważniejsze sprawy zostaną pilnie, z zachowaniem porządku wspólnie rozważone, wypłynę stąd rzeczywiście pożytek dla całego Kościoła powszechnego i że pomoże to nie tylko do załatwienia ważniejszych spraw Kościoła, lecz i do rozwiązania interesujących dziś ludzkość problemów.

Tak więc, rozważywszy wszystko dokładnie, zasięgnąwszy uprzednio zdania osób odznaczających się wiedzą i powagą oraz wezwawszy pokornymi modłami Światła Bożego, z własnej woli *postanawiamy i zarządzamy, co następuje*:

I. Kongregacjom Rzymskim przydziela się, oprócz Kardynałów, także niektórych Biskupów diecezjalnych, którzy będą pełnoprawnymi członkami tychże Kongregacji.

II. Biskupi ci uczestniczą jako Członkowie na zebraniach plenarnych, na których są rozpatrywane sprawy ważniejsze i mające charakter zasady ogólnej. Pozostałe natomiast zebrania zwyczajne Kongregacji odbywają się zgodnie z praktyką, a będą w nich uczestniczyli Kardynałowie oraz ci Biskupi Członkowie, którzy by byli wtedy w Rzymie.

III. W celu zaś uniknięcia niedogodności jakie mogłyby powstać dla Diecezji z racji częstej i długiej nieobecności Pasterzy (w której to sprawie przypominamy przepisy ustalone przez prawo kanoniczne odnośnie do rezydencji Biskupów), zarządzamy, by zebrania plenarne Kongregacji — o ile czego innego nie doradzałyby okoliczności — odbywały się jeden raz w roku w czasie odpowiednio ustalonym przez Kongregacje.

IV. Mianowanie Biskupów Członków, które sobie rezerwujemy, ma się dokonywać w ten sposób: Kardynałowie, Prefekci poszczególnych Kongregacji przeprowadzą odpowiednio badania i poszukiwania za

proponant, qui a Nobis libere eligantur.

V. Singulis sacris Congregationibus accensentur septem Episcopi dioecesani, ita seligendi, ut ceteris praeferantur ii qui rerum, de quibus agitur, vere sint periti; congrua etiam ratio habeatur terrarum continentium, quas ipsi incolunt, ita ut Ecclesiam Universalem quodammodo expriment.

Pro coetibus plenariis sacrae Congregationis de Religiosis, ratione habita peculiaris muneris huius Dicasterii, nominabuntur Decem Membra, quorum tria eligenda erunt ex indice Superiorum Generalium Ordinum vel Congregationum Clericalium, quem Unio Romana Superiorum Generalium conficiet et Cardinali Praefecto exhibebit.

VI. Ut sacrae Congregationes rerum usu fruuntur semper novorum ac valentium Membrorum, eorundem munus ad quinquennium vigebit.

VII. Quod attinet sive ad moderationem S.C. de Propaganda Fide sive ad tempus quo Membra muneris sua sustinebunt et ad alia peculiaris praescripta, servandae sunt cum Normae a Nobis impertitae per Litteras *Ecclesiae sanctae* motu proprio die 6 augusti anno 1966 datae, ad exequendum Decretum Concilii Oecumenici Vaticani II *Ad Gentes divinitus*,<sup>2</sup> tum aliae Normae quae, per Constitutionem Apostolicam de Romana Curia proxime edendam, statuentur.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VI mensis Augusti, in festo Transfigurationis D.N.J.C., anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

pośrednictwem Konferencji Biskupich, a nawet — gdy to będzie potrzebne — poproszą o listę Biskupów kandydatów, którzy by odznaczali się szczególną biegłością w sprawach, o które chodzi. Po dokonaniu tego przedstawią nazwiska osób, spośród których wybierzemy (członków) według Naszego uznania.

V. Do poszczególnych Kongregacji zostanie przydzielonych siedmiu Biskupów diecezjalnych, w ten sposób dobieranych, by pierwszeństwo mieli ci, którzy są prawdziwie biegli w sprawach, o które chodzi. Należy również mieć na uwadze terytoria, które oni zamieszkują, tak by w pewien sposób wyrażali Kościół Powszechny.

Dla zebrań plenarnych Kongregacji Zakonników — biorąc pod uwagę specyficzne zadanie tego Dykasterium — będzie mianowanych dziesięciu Członków, z których trzech będzie wybieranych z listy Przełożonych Generalnych Zakonów ścisłych lub Kongregacji Kleryckich, którą będzie sporządzać Unia Rzymska Przełożonych Generalnych i przedstawiać Kardynałowi Prefektowi.

VI. Ażeby Kongregacje wzbogaciły się zawsze doświadczeniem nowych i odpowiednich członków, będą oni pełnili swoje funkcje przez okres pięciu lat.

VII. Co dotyczy, czy to kierowania Kongregacją Rozkrzewiania Wiary, czy to czasu sprawowania przez Członków ich funkcji oraz innych szczególnych przepisów, to należy zachować tak Normy, ogłoszone przez Nas Pismem „*Ecclesiae sanctae*”, wydanym z własnej woli dnia 6 sierpnia 1966 roku odnośnie do wykonania Dekretu Powszechnego Soboru Watykańskiego II „*Ad Gentes divinitus*”,<sup>2</sup> jak również i inne Normy, które będą ustanowione przez wydaną w najbliższym czasie Konstytucję Apostolską o Kurii Rzymskiej.

<sup>2</sup> Cfr. Decr. *Ad Gentes divinitus*, n. 15, AAS 58 (1966) 963.